

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

18. Υπερ Παλαμηδοις απολογία.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

## Gorgias Leontinus.

## CAP.VI. XVII.

Cicero in  
Brut. 391.De his Phi-  
los. in so-  
phis lib. I.

Postquam intellectum est quantum vim habet accurate, & quodammodo facta oratio, tum eius magistri dicendi subiecto extiterū, Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Chius, Hippias Elaüs, in honore magno fuerūt, alijq; multi, temporibus ijdem docere le profitebatur, arrogantibus faae verbis, quemadmodum cœta in eis (ita enim loquebantur) fieri superior posset: sed inter ceteros præstiterit Gorgias, cui tantus honor habitus est a tota Graecia, sibi ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur. Primus ausus est in conuentu poscere quæstionem, id est liberè dicere, qua de re, quis vellat audire. Tum conurgens inter medios, longe alter, quam Mo-  
nicus Ulysses effundebat *τινα νόδος* *τελέσθαι γεγονόν*. Et numerus quidem erat liberiore fluentientia, & genus orationis insigne, stucus pictum, expolitum, omni lepore affluens, & (quod mirans) in hac amoenitate neroosum. Ego illustrissimi ingenij fragmen-  
tum hic subiiciam, & latinitate donabo.

## ΥΠΕΡ ΠΑΛΑΜΗΔΟΥΣ

ἀπολογία.

## CAP.VI. XVIII.

**H**ημεραγορία, καὶ ἡ ἀπολογία χρήσις  
οὐ περὶ διαδικτύων γίγνεται. Θεάτρον μὲν  
γρόνι φύσις φανεῖται τὸν φίστον πάνταν κατε-  
λυπτοντα τὸν Συντάχτην περὶ μηδέποτε περὶ  
ἢ τῆς ἀληφίας, εἰ τῆς λεπτῆς ὀχιδεώς οὐτε  
πότερον μεταχειρίσεται αποδεῖν, η μὲν ὀνει-  
δῶν μεγίστων εἰ τῆς απολογίας απο-  
δεῖν.

Et cetera, quæ quia longiora sunt, lubens  
omittit, sensus tamen latinitate complectat.

Non est quidē in hoc iudicio de morte tan-  
cum ferenda sententia, mortem enim omnibus  
natura proponit, & nascentes suo calculo dā-  
nauit. Verum quod longē grauius est, de ho-  
nore vel dedecore periclitare, verum scilicet  
innocens moriar, an grauissimo dedecore,  
ob turpisimam causam affectus, violēta morte  
properantem spiritum excutiam. Quæ duæ res,  
etiam in causa sint, ynam vos, alterā ego. in ma-

nibus habeo: *Innocentia mea scilicet sum Domi-  
nus, vos violentia: præfare possum, ut sim inno-  
cents, ut fraude circumveniens non perimar, facere  
non possum: si meus igitur accusator Ulysses, cū  
certo sciret Graeciam a me barbaris præditam,  
huius accusationis consilium suscepit: Næ vir  
optimus est qui patriam, parentes, & totam  
Graeciam, viuus nocuit supplicio liberare con-  
cedit: si vero inuidia, fraude, maleficio, haec  
in me confluat accusationem, omnino deter-  
rimus est. Vnde igitur primum ordinar, vnde  
defensionis meam lumen initiorum? Causa enim  
ita prouisa, stupore mentem confundit; stupor  
vero, quod uacuisse est, in opiam asterrit oratio-  
nis, nisi in veritate, & necessitate perfugii ha-  
berem doctoribus perieulosis magis, quam  
copiosis. Quod igitur non certa de causa accu-  
sator me defterat, certo scio, nullius enim mihi  
conscius sum sceleris, & vnde quis, quod mi-  
nimè factum, ne cogitatum quidem est resciat  
non video. Quod si ita rē se habere existimans,  
accusacionem aggregilius est, primum ego du-  
bus cum validissimis rationibus conuincam:  
neq; enim, si voluisse, rē patrare potuisse,  
neque si potuisse, voluisse. Primum enim,  
præditionis initium aliquod fieri oportuit, &  
id per colloquium: futuraram enim actionum  
index est oratio, quo pacto autem colloquium  
esset inter nos sine congregatu: qui vero cōgref-  
sus esse potuit, cum nec ego ad illum venerim,  
nec ipse quenquam ad me miserit, nec literæ  
sine tabellario vlo' a nobis vtrō, citroq; mit-  
ti potuerint. Sed hinc congressum, hinc etiā  
inter nos mutuum colloquium: quid deinde  
collocutus est Graecus cum barbaro: quomodo  
dicens, & audiens, an solus cum solo: sed nullū  
est nobis lingue commercium: atqui factum  
est per interpretem: iam terrium nobis statuis  
indicem, eorum, quæ maximè occulta esse o-  
poterat: sed esto, si etum fuerit, quod tamē est  
infactum, fidem dare, & accipere vicissim nos  
oportuit: & quænam ista fides: iustificandum  
dices? quis mihi proditor, vel iurato credidis-  
serat obsides dati, qui: fratrem vnam habeo,  
præterea neminem, &c. Genium habet hæc  
oratio: spirat enim cum nervis aliquid gratia-  
rum, & tota est acris, florida, volubilis, &*

et non modo persuadere, sed  
cum auctoripio delecta-  
tionis mouere  
potest.